Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25944
Copyright: Admont, Benediktinerstift

172v

quia ex fonte divine gratie cordi nostro instillatur ut vel sic quisque ad veram pe
nitentiam perveniat. aut eo minus a Deo puniatur. quo diuturniori de
lectatione peccati maius sibi supplicium accumulasset. Si vero ad indul
gentiam criminis pluvia referatur. evangelice sententie contraire videbitur.
Si enim post dimissum fratri debitum et que dimissa sunt replicantur ad penam. multo magis
que nondum dimissa sunt ad vindictam reservari probantur. Item si secundum Augustinum
arbitrio sue voluntatis non potest inchoare novam vitam nisi peniteat
eum veteris vite. quomodo ad novitatis indulgentiam perveniet. qui odium ve
tustatis non deposuit. Ad detestationem ergo criminis ut dictum est non ad
eius indulgentiam pluvia illa pertinere probatur. Item illud Ambrosii: et si fi
des desit pena satis facit. non de ea pena (fide) intelligitur. de qua dicitur fides si
ne operibus mortua est. sed de ea de qua apostolus ait. Omne quod non est ex fide. id est omne
quod contra conscientiam fit peccatum est. Hec est ergo fides cum non sub est conscientia
peccati. Sed quia delicta omnia nullus intelligit. est aliquando in homine
peccatum. cui non habet conscientiam. Unde apostolus. Nichil mihi conscius sum. sed non in
hoc iustificatus sum. Cui ergo peccati deest conscientia illius pena si pati
enter feratur satisfacit et revelevat gravatum. Quod autem in fine obicitur
si satisfactio illa (fuit) obicitur veniam impetrat. Si autem veniam non impe
travit satisfactio non fuit. Si autem satisfactio non fuit adhuc sibi pena
imponenda est non procedit argumentatio. Satisfactio namque est dum
illius peccati (ca)pena excidantur et eius suggestionibus aditus non indulgetur.
sed eius fructus impeditur peccato quod nondum deserit non percipit. Percipitur
autem cum eius penitentia fuit subsecuta. sicut ad lavacrum ficte acce
dens regenerationis sacramentum accipit. non tamen in Christo renascitur. Renascitur
autem virtute sacramenti quod perceperat. cum fictio illa de corde eius recesserit
veraci penitentia. Hinc etiam Augustinus scribit in libro de penitentia. Pium est
credere et nostra fides hoc expostulat ut cum gratia Christi in homine destruxerit
mala priora et remuneret bona. et cum destruit quod sui non invenit
amat et diligit bonum quod in peccante plantavit. Sed hoc sensu et illud
Ieronimi dictum videtur. Si quando videris inter multa opera peccatorum facere quemquam
aliqua que iusta sunt. non est tam iniustus Deus ut propter multa mala obliviscatur
paucorum bonorum. § Quamquam memoria bonorum ad presentem remunera

S. xxviii. C. Carhis.
S. i. q. i. Ferunt.

H.
E.